



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118324

§. 40. Clades Turcis a Scanderbego & Cardinale Aquilejensi illata

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

Sæcul. XV.
A.C. 1457.

§. XL.

*Clades Turcis a Scanderbego, &
Cardinale Aquilejensi illata.*

*Æn. Sylv.
epist. 282.
idem Asia
cap. 74.*

Tandem Hungaria Turcarum invasio-
nibus libera evasit, quæ ab horum
armis antehac admodum vexata fuit;
Scanderbegus enim Infidelium copias fu-
dit, stravitque, & Cardinalis Aquilejen-
sis apud Rhodios, & Ægeum mare ma-
gna pariter clade eorum classem affecit.
Æneas Sylvius, qui postremam hanc vi-
ctoriam memoriæ proditam reliquit, e-
gregium recenset facinus cujusdam foe-
minæ in Insula Lesbïæ degentis; cum
enim Turcæ præcipuum hujus Insulæ
oppidum oppugnarent, & moenium par-
te machinis subruta Christiani ad extre-
ma redacti fugam meditentur, adfuit
hæc Virgo, suoque exemplo civium ani-
mos erexit, demum virilibus armis mu-
nita toto impetu in Turcas irruit, plures-
que eorum tanto virium robore truci-
davit, ut ceteri cives pugnantem secuti,
ingentem hostium stragem ederent, ac
reliquos fugam arripere compellerent.
Neque hic infausta Turcis stetit fortuna;
Rex enim Persarum alia longe majori
clade eorum copias profligavit. Hic jux-
ta Chalcondylem Chafanes Longus, jux-
ta Phranzem Zuchefanes, ab aliis vero
Usum-

Usumcassanus appellatus, in fortitione Sæcul. XV.
 Provinciarum Cappadociam, & Armeniam A.C. 1457.
 obtinuit, ac præterea Persidem,
 pulsis Tartaris, acquisivit, tandem vero,
 licet Mahometis sectæ addictus esset, Im-
 peratoris Trapezuntini Filiam uxorem
 duxit.

§. XLI.

*Bellum a Rege Persarum Turcis
illatum.*

Usumcassanus igitur imperium suum am-
 pliandi cupidine stimulatus, Syriam, Spond. ad
ann 1457.
n. 16.
 & Ægyptum invadere constituit, atque
 Callisti Pontificis, & Venetorum hortatu
 bellum Turcis inferens, horum copias
 bino prælio profligavit. Ex Ænea & Æn. Sylv.
ut supra.
Platin. in
Callisto III.
 Platina discimus, quod Rex Persarum
 suos ad Callistum Papam Legatos decre-
 verit, datisque ad eum literis significave-
 rit, se duas, easque omnino insignes vi-
 ctorias publicis Ecclesiæ precibus a Tur-
 cis reportasse, proin tanti beneficii, quod
 per divinum potius quam humanum au-
 xilium obtinuisset, se toto vitæ suæ tem-
 pore memorem futurum. Cum vero hos
 Legatos primum Pius II. Successor Cali-
 sti exceperit, aperte constat, missos eos
 fuisse, antequam Usumcassanus tertia cla-
 de a Turcis anno millesimo quadringen-
 tesimo sexagesimo primo attritus esset.

Kk 3

§. XLII.